



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Acta Qvae Seqvvntvr, Cvm Mvltvṁ utilia sint ad intellectum epistolae 100.  
& nondum edita sint, visum est heic edere, descripta ex veteri chartulario  
Episcoporum Parisiensium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

stat. Salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumentur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbatem vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij senioris secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum cœnobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel injustè datas suis usibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integrè conserventur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt usibus profutura. Salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secula-

risve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communia si non præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax ejusdem Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bona actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Blasij S.R.E. Subdiaconi & Notarij Idibus Iulij, Indictione quinta, incarnationis dominicae anno M C C I, pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno quinto.

---

*ACTA QVÆ SEQVNTVR, CVM MVLTVM  
utilia sint ad intellectum epistolæ 100. & nondum edita sint, visum est heic  
edere, descripta ex veteri chartulario Episcoporum Parisiensem.*

*LITTERA ABBATIS ET CONVENTVS  
sanctæ Genoveſæ Parisiensiſ ſatia inter ipſos &  
Epifcopum Parisiensem jure parochiali ſan-  
cta Genoveſa & ſuper procuratiōniſ Epifcopi  
ſuper Eccleſia ſanctæ Genoveſa in ciuitate & aliis  
Eccleſiis ſanctæ Genoveſa prediſta.*

**Q** Mnibus Christi fidelibus ad quos litteræ p̄ſentes pervenerint Iohannes Abbas totūque conuentus beatae Genoveſa Parisiensiſ ſalutem in Domino. Cū internos & Eccleſiam noſtrā ex una parte & virum venerabilem Dominum Odonem Epifcopum & Eccleſiam Parisiensem ex altera ſuper jure parochiali in parochia de Monte controverſia verteretur, & quæſtione poſſeſſionis per examen ſediſ apostolicæ jam deciſa, proprietatiſ quæſtio ſuper eſſet delegatiſ judicibuſ ab apostoliſ ſede commiſſa, cū etiam tam ſuper Eccleſia ſanctæ Genoveſa\* in ciuitate Parisiensiſ ſita, in qua unum de Canonicis noſtriſ institui petebamuſ, quām ſuper procuratiōniſ quas ad Eccleſia noſtriſ parochialibuſ in Parisiensi diocesi conſtitutiſ memoratuſ Epifcopus exigebat, in- ter nos & iſum contentio fuſiſt orta, tandem ad unitatem aspiranteſ, & pacem de que- relis præmiſiſ, videlicet tam ſuper poſſeſſio- ne quām proprietate juris parochialiſ ſeu epif- copaliſ in parochia ſupradiſta, Eccleſia quo- que ſanctæ Genoveſe de ciuitate, necnon & procuratiōniſ ſupradiſtiſ, in viroſ venerabi- les Fulconem Camerarium & Hugonem For- re Canonicum Eccleſia noſtræ, Gauſridum de

Lenda Canonicum Parisiensem, & magiſtrum Nicolaum Carnotensem, aut magiſtrum Bernar- dum Canonicum Parisiensem loco magiſtri Nicolai, si Dominus Epifcopus maluerit, abſolute compromiſiſ & præciſe, quicquid ſuper prætaxatiſ quereliſ ſtatuerint fine con- tradiſtione pro nobis & Eccleſia noſtra non obſtantē ſententia, privilegio, ſeu inſtru- mento alio fuſcepturi & perpetuo ſervaturi, ita quod nec diuorum nec trium ex iſis ſine conſenſu quarti ſententiæ robur habebit, ſed quod pariter ab iſis quatuor fuerit ordinatum, fir- mum & ſtabile permanebit. De aliis vero re- buſ ac redditibus noſtriſ vel Epifcopi memo- rati pro bono pacis eiſdem arbitriis addere vel ſubtrahere, dare ſeu commutare licebit. Præ- fixum eſt etiam tempus infra quod arbitriuſ proferetur, Octavæ videlicet Pentecostes in- ſtantis, ita quod niſi inſra euendem terminuſ fuerit prolatum arbitriuſ, ex tunc compro- miſſio non tenebit, ſed ad juſtes à ſummo Pontifice conſtitutoſ litigaturi coram iſiſ libe- berè revertetur. Hanc itaque compromiſio- nem Dominus Epifcopus in verbo Epifcopi & ego Iohannes Abbas in verbo ſacerdotiſ & periculo animaꝝ mea ſe bona fide promi- fiuiſ & confeſſiuiſ ſervaturoſ. Pœna eſt in- ſuper ducentarum marcarum adjecta memoria- to Epifcopo ſolvendarum à nobis, ſi nos, quod abſit, à compromiſſo refiliere contingere- ret. In hujus itaque ſirmitatem & eviden- tiā paſtenteſ literas fieri fecimuſ & ſigil- lorū noſtrorū imprefſione muniti. Actum  
anno

\* S. Genevieve  
dos Ardentis.

anno incarnati verbi MCCCII. V. Kalendas Iunij.

LITTERA ARCHIDIACONORVM  
Parisienfum super eodem.

**O**MNIBUS Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Mauricius & Hamericus Archidiaconi Parisienses salutem in Domino. Noverit caritas vestra quicquid venerabilis Pater & Dominus noster Odo Parisensis Episcopus super querelis quæ vertuntur inter ipsum & nos ex una parte, & virum venerabilem Iohannem Abbatem & Ecclesiam sanctæ Genovefæ ex altera, iudicio vel compositione seu transactio fecerit nos ratum habituros & firmiter servaturos. In cujus rei evidentiam sigillorum nostrorum testimonium praesentibus litteris apposimus.

LITTERA ODONIS PARISIENSIS  
Episcopi de presentatione facta per Abbatem sanctæ Genovefæ ad presentandum Theobaldum Canonicum sanctæ Genovefæ Episcopo Parisensi. & de juramento facto à dito Theobaldo predicto Episcopo.

**O**DO dei gratia Parisensis Episcopus omnibus praesentes litteras inspecturis in Domino salutem. Notum facimus quod per Amauritium Canonicum sanctæ Genovefæ de Monte, qui nobis tradidit litteras Iohannis Abbatis sanctæ Genovefæ apertas, ex parte ejusdem Abbatis nobis fuit praesentatus Theobaldus Canonicus sanctæ Genovefæ ad curam animarum de Monte, & idem Theobaldus curam animarum ejusdem parochiæ suscepit à nobis, & praesentibus sacrosanctis evangelis & deo sculatis ab eodem promisit nobis tunc Episcopo Parisensi in verbo sacerdotis & super ordinem suum justitiam, obedientiam, & fidelitatem quandiu regerer parochiam memoratam. Hoc autem totum factum est Parisius in Capella nostra superiori, praesentibus Archembaldo Decano Bituricensi & magistro Iordanio socio ejus, Gaufrido de Lenda, magistro Loherio, magistro Bernardo, magistro Gaufrido de Pissiaco, magistro Niccolao Gregorio Radulpho de Lineris, Guidone Archipresbytero, & Leodegario Clerico ejus, Odone Presbytero de Viceour, Petro nepte Engolismensis Episcopi, Roberto Bituricensi, Petro de Lineris clero, Nivelone Iohanne Clerico magistro Loherij, Odone de sancto Mederico, Vvillelmo Escuacol, Iohanne Maurino, tunc etiam praesentato ab eodem Vvillelmo, fratre Otranno, & fratre Petro de sancto Lazaro. In cujus rei memoriam praesentein chartam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno gratia MCCCII. mense Iunio, pontificatus nostri anno quinto.

LITTERA G. ABBATIS SANCTI  
Benedicti Floriacensis, Cantoris Carnotensis, &  
I. magistri Scholarum Aurelianensium, iudicium  
à Domino Papa datorum super quadam senten-  
tia ab ipsiis data inter Episcopum Parisensem &  
Abbatem sanctæ Genovefæ Parisensis.

**G**. dei gratia sancti Benedicti Floriacensis  
Abbas, G. Cantor Carnotensis, & I. ma-  
Tom. I.

gister scholarum Aurelianensium, omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint salutem in Domino. Mandatum summi Pontificis ad nos sub hac forma descendit. *Innocentius Episcopus servus servorum dei dilectis filiis Floriacensi Abbat, magistro scholarum Aurelianensium, & Cantori Carnotensi salutem & apostolicam benedictionem. Inter venerabilem fratrem nostrum Parisensem Episcopum & dilectum filium Abbatem sanctæ Genovefæ super possessione juris parochialis in parochia de Monte controversia quondam mota, & per delegatos apostolicæ sedis ad nos instruta causa remissa, eam, salva quaestione proprietatis, curavimus sententialiter definire, sicut ex rescripto apostolico perpenditur evidenter. Ne autem videatur inutiliter laborasse si sententia nostra non fuerit adimplita, executionem ipsius vobis de consensu parum duximus committendam, per apostolica*

*vobis scripta mandantes quatenus utramque partem ad parentium legitimè inducentes, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellere procuratis, contradictores, si quæ fuerint, vel rebelles ut à sua presumptione desistant, districione simili competentes; nullis obstantibus litteris, si qua apparuerint prater assensum partium a sede apostolica impetrata. Quid si non omnesii exequendis potueritis interesse, tu ea, filii Abbas, cum eorum altero nibilominus exequaris. Datum Anagni IX. Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno quarto. Inspecta igitur sententia summi pontificis, intelleximus inter Parisensem Episcopum & Ecclesiam suam ex una parte, & Abbatem & Ecclesiam de Monte ex altera, super possessione juris parochialis in parochia de Monte controversiam emersisse, talēm scilicet. Dicebat enim Episcopus quid Presbyter qui parochianus de Monte divina pro tempore ministrabat, etiam si esset Canonicus regularis, à Parisiensi Episcopo curam parochiæ recipiebat, & parochianos de Monte ad nutum Episcopi vel Archidiaconi citabat, vocabat, ligabat pariter & solvebat, & si quis excommunicatus esset ab Episcopo vel Archidiacono vel etiam interdictus, Presbyter ipse eum non admettebat aliquatenus ad divina; & in possessione totius juris parochialis se & prædecessores suos integrè fuisse dictus Episcopus asserebat. Cum itaque Dominus Papa possessionem juris episcopalis seu parochialis tam in prædictis quam in omnibus aliis in tota parochia de Monte adjudicasset Episcopo memorato, exceptis duntaxat interdicto burgi & institutione & destitutione sacerdotis, in quibus duabus articulis Abbas fuerat absolutus, convenientes in Ecclesia sanctæ Genovefæ, populo parochiæ convocato, deinde in Capitulo sanctæ Genovefæ praesentibus Abbatे & Canonicis, taliter lumen mandatum apostolicum executi. Præcepimus siquidem prædicto Parisiensi Episcopo auctoritate apostolica ne burgum sanctæ Genovefæ interdicto supponeret, & ne Presbyterum in prædicta parochia institueret vel destitueret; Abbatì vero & canonicis ne impediant Episcopum vel Archidiaconum Parisensem, qui in omnibus quæ suprà petita dicuntur & aliis parochialibus, exceptis duabus supradictis, in quibus Abbas*

R R r

fuerat absolutus, possessione sibi à Domino Papa adjudicata & eidem Episcopo præsentि à nobis auctoritate apostolica assignata liberè utantur. De Presbytero etiam, quicunque ipsi parochia divina pro tempore ministrabit, præcepimus ut in his quæ suprà diximus fuisse petita & omnibus aliis ad jus episcopale vel parochiale spectantibus, exceptis supradictis duobus, Episcopi vel Archidiaconi mandatum adimpleat & fideliter exequatur. Salva utriusque partium quæstione proprietatis, sicut in apostolica sententia continetur. Ut autem mandatum apostolicum & executionis nostræ series in omnibus supradictis inviolabiliter observetur, tam prædictos Episcopum & Archidiaconum quam Abbatem & Canonicos de Monte, Presbyterum etiam quipro tempore illi parochia ministrabit, & omnes alias tam clericos quam laicos qui prædictæ sententiæ apostolicae vel huic executioni nostra rebelles seu contradictores extiterint excommunicavimus. Actum Parisius anno incarnationis verbis m c c i. mense Martio.

*LITTERA FORMÆ PACIS ET  
compositionis inter Dominum Odonem Episcopum  
Parisensem & Abbatem & Ecclesiam sancte  
Genovefae.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Amen. Hæc est forma compositionis & pacis inter Dominum Odonem Episcopum & Ecclesiam Parisensem ex una parte, & Iohannem Abbatem & Ecclesiam sancte Genovefae ex altera, super querelis quas dictus Episcopus movebat de jure parochiali in parochia de Monte & procurementibus quas in parochialibus Ecclesiae Canonicorum de Monte petebat, & è contrâ Canonici de Monte adversus Episcopum super capella sancte Genovefae sita in civitate Parisiensi, scilicet quod Parisiensis Episcopus habebit omne jus episcopale seu parochiale in tota parochia de Monte, & Presbyter qui illi parochia spiritualia pro tempore ministrabit, etiam si sit Canonicus regularis, præsentabitur Episcopo, & ab eo curam recipiet animarum, & parochianos ipsius parochia ad mandatum Episcopi vel Archidiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter & solver, christma & oleum ad opus parochia ab Ecclesia Parisiensi recipiet, ad synodum etiam veniet, nec tamen cœreatam vel synodaticum reddet. Item licebit Episcopo & Archidiaco no in singulos de prædicta parochia & in omnes interdicti & excommunicationis ferre sententiam: quæ si lata fuerit, Presbyter qui illi parochia defervet excommunicatos seu interdictos de ipsa parochia non admitteret, tamen, illis exclusis, in altari parochiali quod est intra majorem Ecclesiam nihilominus celebrabit. Sed nec alios interdictos vel excommunicatos ab Episcopo vel Archidiacono, undecumque fuerint, nullo unquam tempore ipse vel alius in altari parochiali recipiet aliquatenus ad divina. Ab hac autem generalitate exceptæ erunt ab omni interdictione Episcopi & Archidiaconi viginti personæ in-

ter servitores & garciones infra ambitum Canonicorum habitantes, comedentes, cubantes, & levantes, scilicet unus janitor, duo quadrigarij, duo cursori, unus hostellarius, unus carpentarius, unus hortolanus, quatuor in servitio furni, quatuor in servitio coquina, unus sarcinator, unus vigil, unus matricularius, unus infirmarius, & extra septa Canonicorum sex servitores, scilicet tres escuerij Abbatis, unus serviens Capicerij, unus clauserius vinearum, unus tolonearius. Nullus autem viginti sex prædictorum viarius poterit esse vel major burgi, ita ut prædicta gandeat libertate. In his siquidem prædictis viginti sex personis, aut in illis quæ in locum carum per Abbatem fuerint subrogata, nullam Episcopum vel Archidiaconus potestatem habebit, nisi de eorum matrimonio separando agatur. Illa etenim causa pleno jure ad Episcopum & Archidiaconum pertinebit. Vxores autem prædictorum sex servitorum in parochia de Monte extra Canonicorum septa manentium jurisdictioni Episcopi & Archidiaconi in omnibus spiritualibus subjacebunt; eo salvo ut pro forefactis maritorum suorum interdicti vel excommunicari non possint, & quando in parochia positum fuerit interdictum, liceat ipsis, sicut & viris earum, in altari parochiali audire divina. In prædicta autem parochia de Monte neque Episcopo sine consensu Canonicorum, neque Canonicis sine Episcopo, novam Ecclesiam seu Capellam ædificare licebit. In augmentum vero prædictæ parochia dedit Episcopus ad habitandum vineam suam de brunello, ita ut omnes qui in loco illo habitaverint, cum aliis parochianis de Monte à Presbytero parochia supradictæ divina percipient sacramenta, & ad Episcopum & Archidiaconum pleno jure pertineant. Similiter & illi qui habitabunt in in clauso quod dicitur mali vicini, si quando illud inhabitari contigerit. Præterea Ecclesiam de Roissiaco dedit Episcopus Canonicis memoratis ad eorum ulum perpetuo possidendam, cum additamente villa quæ dicitur Vallis Derlandi: in qua villa licebit prædictis Canonicis de Monte, si voluerint, ædificare Capellam, Episcopi tamen jurisdictioni subiectam, & tam in Ecclesia de Roissiaco quam in ipsa Capella, sicut & in aliis eorum Ecclesiis parochialibus, ad curam animarum recipiendam Presbyterum Episcopo presentabunt. De procurementibus autem quas Episcopus in eorum Ecclesiis exigebat ita statum est, ut Ecclesia de Lausigny, de Espinolio, de Vauois, de Nantura, de Rooneyo, & sancti Medardi, à procurementibus Episcopi libera sint penitus & immunes. Verum in Ecclesia de Roissiaco quatuor libras Parisensis monete accipiet prædictus Episcopus annuatim; de quibus procurementem sibi parabit Episcopus unam vel plures in ipsa Ecclesia de Roissiaco, vel in qua voluerit prædictarum. Prædicti quoque Canonicus sancte Genovefae, ut omnis amoveatur annuente Domino materia seditionis & scandali, Capellam sancte Genovefae sitam in civitate Parisiensi dederunt

Episcopo & successoribus ejus in perpetuum liberam & quietam, nullo sibi in ea jure retento, ut possit ipse vel ejus successores de predicta Capella pro sua voluntate disponere. Præbendam quoque & vicariam quas predicti Canonicci in Ecclesia beatæ Mariæ Parisiensis habebant, predicto Episcopo & ejus successoribus quietaverunt, nihil omnino sibi juris in predicta præbenda seu vicaria reservantes. Hæc autem omnia ita in perpetuum servabuntur, non obstante sententia summi Pontificis quam pro se Parisiensis Episcopus inducebat, vel aliis qui buslibet munimentis ab alterutra partium impretratis vel in posterum impearandis. In hujus rei testimonium & perpetuam firmitatem duo scripta in eundem tenorem confecta sunt; quorum alterum habebit Ecclesia Parisiensis sub sigillis duobus, Abbatis videlicet & Capituli sanctæ Genovefæ; & reliquum habebit Ecclesia de Monte similiter sub duobus sigillis, Episcopi scilicet & Capituli beatae Mariæ Parisiensis. Actum anno incarnationi verbi m c c i i. mense Iunio.

**LITTERA ELIAE AB BATIS SANCTÆ Columbae Senonensis & Iohannis magistri Scholarum Aurelianensium commissariorum sedis apostolicæ super confirmatione compositionis & pacis prædictæ.**

**V**NIVERSIS Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Helias Abbas sanctæ Columbae Senonensis & Iohannes magister scholarum Aurelianensium, æternam in Domino salutem, Cùm rescriptum ad nos apostolicum emanasset ut compositionem qua inter venerabiles viros Dominum Odonem Parisiensem Episcopum & Iohannem sanctæ Genovefæ Abbatem & eorum Ecclesias ac Capitula intercessit, sicut sine pravitate facta fuerat & à partibus sponte recepta, dummodo non vergeret in præjudicium sedis apostolicæ, confirmaremus, nos adhibito nobis consilio peritorum, formam compositionis ipsius tam Episcopi quam Abbatis & Capitulorum suorum muniam sigillis diligenter inspeximus; cujus tenorem de verbo ad verbum præsenti pagina duximus inferendum; videlicet quod Parisiensis Episcopus habebit omnem jus &c. ut in precedenti usque ad finem. Facta igitur inquisitione plenaria super iis de quibus sumus Pontifex mandaverat a nobis inquire, compositionem ipsam sine pravitate factam & à partibus sponte receptam invenimus, & Ecclesiam sanctæ Genovefæ in nullo damnificatam, nihilque quod in præjudicium sedis apostolicæ vergeret invenimus accentatum. Ideoque eandem compositionem, sicut in scriptis authenticis continetur & superius est expressa, auctoritate apostolica confirmamus. Actum anno Domini m c c i i.

**LITTERA FORMÆ COMPOSITIONIS & pacis inter Dominum Odonem Episcopum & Ecclesiam Parisiensem ex una parte & Iohannem Abbatem & Ecclesiam sanctæ Genovefæ ex altera.**

**I**N nomine sanctæ & individuat trinitatis. Amen. Hæc est forma compositionis & pacis inter Dominum Odonem Episcopum & Ecclesiam Parisiensem ex una parte &c. ut in precedenti compositione usque ad finem. Ego Iohannes Abbas Pontinacensis authenticum scriptum inspexi munitum sigillis Abbatis sanctæ Genovefæ & Capituli, in quo idem de verbo ad verbum continebatur quod superius continetur. Et in hujus rei testimonium præsenti pagina sigillum meum apposui. Ego Girardus Abbas sacri Portus Cisterciensis ordinis authenticum scriptum inspexi munitum sigillis Abbatis sanctæ Genovefæ & Capituli, in quo idem de verbo ad verbum continebatur quod superius continetur. Et in hujus rei testimonium præsenti pagina sigillum meum apposui. Ego Sebonius Abbas sancti Sulpiji Cisterciensis ordinis authenticum scriptum inspexi munitum sigillis Abbatis sanctæ Genovefæ & Capituli, in quo de verbo ad verbum continebatur quod superius continetur. Et in hujus rei testimonium præsenti pagina sigillum meum apposui.

**Sequentem quoque epistolam Innocentij III. qua, post relationem Heliae Abbatis sanctæ Columbae Senonensis & I. Magistri scholarum Aurelianensium, quos in hac causa delegaverat, compositionem istam confirmat, cuius est isthic addere, quamvis data sit anno sexto pontificatus. Addentur etiam litteræ Odonis Episcopi Parisiensis, ex quibus constat cum Decano & Capitulo Parisiensi concessisse præbendam & vicariam quam Abbas & Capitulum sanctæ Genovefæ habebant ante in cathedrali Ecclesia Parisiensi.**

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Parisiensi & dilectis filiis Abbatis sanctæ Genovefæ eorumque Capitulis salutem & apostolicam benedictionem. Cùm inter vos super jure parochiali in parochia de Monte, super \*Capella sanctæ Genovefæ sita in civitate Parisiensi, & super procurationibus quas tu, frater Episcopo, in parochialibus Ecclesiis tuae diocesis ad predictam Ecclesiam sanctæ Genovefæ de Monte spectantibus requirebas, fuisse quæstio diutiùs agitata, & post labo-

\* S. Geneviève  
des Ardentes.

Tom. I.

res varios & expensas multiplices quas propter hoc sustinuitis utrinque, mediatis bonis viris, salva tamen apostolicæ sedis reverètia, amicabili fuerit compositione lopita, tandem vobis humiliter postulantibus ut eidē compositioni vobis & Ecclesias vestris nostræ manum confirmationis apponere dignaremur, dilectis filiis Heliae Abbatis

Vide supra  
epist. 100.

S. Columbae Senonensis & I. magistro scholarum Aurelianensi nostris dedimus litteris in mandatis ut si compositionem ipsam sine pravitate pro

vidè factam cognoscerent & hinc inde sponte re-

SSff

ceptam, nec in præjudicium apostolicae sedis, ad quam Ecclesia sanctæ Genovefæ nullo mediante pertinere dinoscitur, redundaret, vice nostra eam auctoritate apostolica confirmarent, id nobis postmodum per suas litteras insinuantes, ut & nos confirmaremus eandem cum essemus pleniū per eorum relationem instructi. Qui, sicut obedientia filij, legitimè in commissione libi negotio procedentes, forma compositionis ejusdem & privilegiis Ecclesie sanctæ Genovefæ diligenter inspectis, compositionem ipsam inventientes secundū quod premisimus factam & hinc inde receptam, eam auctoritate nostra confirmare curarunt, sicut in eorum litteris pleniū perspeximus contineri. Vnde pari desiderio & unanimi voluntate nobis humiliter supplicatis ut eidem compositioni manum confirmationis nostræ de benignitate sedis apostolicae apponere dignaremur. Nos igitur quod per delegatos eodem secundū formam mandati nostri factum est ratum & firmum habentes, sepedictam compositionem sine pravitate provide factam & à vobis sponte receptam, ut in scriptis authenticis exinde confeditis plenids continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo &c. Datum Laterani vii. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Odo Deigratia Parisiensis Episcopus omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum per venerit æternam in Domino salutem. Ad universorum notitiam volumus pervenire quod cùm venerabiles viri Abbas & Capitulum sanctæ Genovefæ præbendam & vicariam quam in Ecclesia beatæ Mariæ Parisiensis habebant, nobis & successoribus nostris ratione compositionis quæ inter nos & ipsos intercesserat contulissent penitus & quitaſent, nos postmodum tam præbendam quam vicariam memoratam dilectis fratribus nostris Hugoni Decano & Capitulo Parisiensi concessimus & quitaſimus perpetuis temporibus possidendam, ut tam de præbenda quam vicaria eisdem prout voluerint liceat ordinare; ita tamen quod Capitulum supradictum, præter decem libras Parisiensis monetæ quas matricularis faderotibus in Ecclesia nostra à nobis noviter institutis habendas perpetuo contulerunt, eisdem matriculari septem libras Parisenses, & post cessionem vel deceſsum magistri Alberti sexaginta solidos ejusdem monetæ annuatim solvere tenebuntur. Ut igitur donatio ista & concessio perpetuo robore convalescat, praesentem chartam sigillinostris fecimus impressione muniri. Actum anno incarnati verbi M C I V. pontificatus nostri anno septimo.

*Suprà in epistola CXXVIII. legitur Villelum Dominum Montepessulanum postulasse ab Innocentio III. ut liberos quos ex superinducta suscepereat legitimatis dignaretur titulo decorare, exemplumque adductum fuisse Philippi Aug. Francorum Regis, cuius liberos ex superinducta susceptos idem Pontifex restituerat natalibus. Puto autem gratum me facturum studiosis iistarum rerum si litteras Innocentij de legitimatione prolixi heic data occasione edidero, simulque quæ ab Episcopis Gallicanis gesta apud nos sunt post acceptas illas Innocentij litteras.*

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus universis Archiepiscopis & Episcopis per regnum Francie constitutis salutem & apostolicam benedictionem. Apostolica sedes, quæ Deo disponente cunctorum fidelium mater est & magistra, prædecessorum nostrorum temporibus diversis causis inspectis, cum quibusdam minùs legitimè genitis dispensavit etiam ex adulterio procreatis; quos ad actus spirituales legitimans, in Pontifices quoque promoveri conceſſit. Cum igitur major idoneitas in spiritualibus quam in secularibus requiratur, dubitari non debet quin ipsa tales ad actus legitimare valeat seculares, præſertim ad petitionem eorum qui præter Romanum Pontificem alium inter homines superiorē minimè recognoscunt habentem hujusmodi potestatem. Quoniam ergo carissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum præter primogenitum suum, quem de conjugi prima suscepit, aliorum prolem non habet nisi puerum & puellam quos ei nobilis mulier quondam filia nobilis viri Duci Meraniae peperit nuper defuncta, de sua posteritate provide cogitans à nobis humiliter postulavit ut eos legitimare per favo-

rem sedis apostolicae curaremus, vehementer affirmans quod postquam venerabilis frater noster Guillelmus Remensis Archiepiscopus, sanctæ Sabinæ Cardinalis, tunc apostolicæ sedis Legatus, inter eum ac carissimam filiam nostram Ingemburgam Reginam Francorum illustrem divitiae sententiam promulgavit, licet ipsa sententia per sedem apostolicam postmodum fuerit revocata propter judiciarium ordinem non servatum, nulla tamen ad ipsum de alia non ducenda prohibito facta pervenit, & propter probationes affinitatis exhibitas coram eodem Archiepiscopo, quas idem Rex veras esse credebat, inter eum ac præfatum nobilem putabat esse vinculum conjugale, quamquam nostra fuerit auctoritate compulsa ut & ipsam dimitteret & Reginam recipere memoratam. Nos igitur attentes in eo devotionis constantiam & fidei puritatem quam à progenitoribus erga Romanam Ecclesiam quasi quodam hereditario jure contraxit, ut tam honori regiae dignitatis quam utilitati & necessitatì regni Francie provide consulamus, prædictos puerum & puellam de speciali gratia legitimatis titulo de communī fratrum nostrorum consilio decoramus, ut nullus eis in naturalibus defectus

obsistat; ita videlicet ut per hoc nullum eidem Regi vel prefatae Reginae in matrimoniali causa præjudicium generetur. Vos ergo quod super hoc à nobis est provida deliberatione statutum, & vos ipsi firmiter observetis, & ab aliis faciatis per censuram ecclesiasticam inviolabilitatem observari; & cùm ab eodem Rege fueritis requisiti, secundum formam præscriptam solemniter publicetis. Datum Anagniæ i. v. Nonas Novembbris, pontificatus nostri anno quarto.

*Litteræ Episcoporum Gallicanorum.*

**O** Do Dei gratia Parisiensis Ecclesia minister humilis omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint tam clericis quam laicis in perpetuum. Noverit universitas vestra quòd nos vidimus authenticum sanctissimi patris nostri Innocentij Papæ, in quo continetur quòd ipse filium & filiam excellentissimi Domini nostri Philippi Regis Francorum, quos ipse susceperebat de Agneta filia nobilis Ducis Meraniae, legitimacionis titulo decoravit, ut nullus ex natalibus eis defensus obsistat. Nos verò, tamquam sacrosancta Romanæ Ecclesiæ devoti filii, mandatum apostolicum humiliiter suscipientes, eosque legitimatos habentes, auctoritate apostolica, cuius in hac re mandatum suscepimus, excommunicauimus & anathematizavimus & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ sequestravimus omnes illos qui aliquo modo huic sanctiōni apostolice attarentur contraire vel in aliquo derogare. Aetum publicè Senonis anno gratie M CCI. mense Ianuario.

*In eundem modum Petrus Archiepiscopus Senensis, Garnerius Episcopus Trecensis, Anselmus Meldensis, Guillermus Nivernensis, Hugo Aurelianensis, Hugo Autissidorensis, ita quod unusquisque scorsim. Datum ut supra.*

*In eundem modum Guillermo Archiepiscopus Bituricensis & Robertus Episcopus Claromontensis, ita quod unusquisque scorsim. Datum Biturigis anno M CCI. mense Ianuario.*

*In eundem modum Robertus Episcopus Laudensis, Philippus Bellavacensis, Stephanus Noviomensis, Lambertus Morinensis, & Aymarus Suefionensis, ita quod unusquisque scorsim. Datum Remis anno M CXX. mense Februario.*

SECUND A APPENDIX  
LIBRI QVINTI.

Epiſt. 163.  
De conſtitu-  
tione pri-  
vile-  
gioum.

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Rogerio Abbatii monasterij beatorum Petri & Pauli sanctique Augustini quod juxta metropolim Doroberniae situm est, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Licet omnes Ecclesiæ ex injuncto nobis divinitus apostolatus officio diligere atque honorare generaliter debeamus & suam eis justitiam conservare, illis tamen propensiōri cura nos convenient imminere quæ ad jus & proprietatem Ecclesiæ pertinet.

Tom. I.

§ Sff ij

tatem Ecclesiæ Romanae specialiter pertinere noscuntur, cui auctore Domino defervimus. Hoc nimur intuitu, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium in honore beatorum Apostolorum Petri & Pauli à glorioſa memorie Æthelberto Anglorum Rege ad orientem Doroberniae civitatis in suam sibique succendentium Regum ejusdemque urbis Præsulum sepulram à fundamento constructum, & sub jurisdictione fedis apostolicae sine medio constitutum, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memorie Bonifacij, Adeodati, Agathonis, Iohannis, Calixti, Innocentij, Lucij, Eugenij, Alexandri, & Celestini Romanorum Pontificum sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones quæcunque bona monasterium ipsum in præsentiarum justè & canonice possider, aut in futurum concessionem Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis præstante. Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata confiant. Libertatem quoque ab eisdem prædecessoribus nostris per authentica privilegia eidē venerabili loco concessam nos auctore Deo ratam & inconcessam in posterum volumus conservari; & sicut monasterium ipsum in initio nascientis Christianæ religionis apud regnum Anglorum in monasticæ religionis observantia extitit primum, ita nihilominus cum omnibus ad ipsum pertinentibus perpetuis futuris temporibus ab omni servitio liberum, ab omni mundiali strepitu maneat inconcussum, scilicet nec ecclesiasticis conditionibus sive angariis quibuslibet obsequiis secularibus aliquo modo subjeciat, neque ullus omnino in ejusdem monasterij dominium quolibet modo se ingrat, vel quamlibet imperandi sibi vindicet potestatem, vel alias molestias inferat, consuetudinem imponat, aut etiam in eo Missarum solemnia, nisi ab Abbatte & fratribus invitatus, celebrare præsumat. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbatte vel tuorum quolibet successorum, nullus ad ejusdem loci regimen extraneus afflatur; nisi forte, quod absit, in loco ipso idonea persona ad hujusmodi officium non poterit reperiri; sed de congregazione ipsa, & quem communis consensus fratrum seu pars consilij senioris propria sibi elegit voluntate, fine aliqua professionis examinatione in monasterio benedicatur eodem.